

## D E D I C A T O R I A.

rationem extitisse. Huius ut cōpotes fierent  
 subtiles architecti, cuncta metalla, sed & a-  
 lia, quibus consequendi eius sperata media  
 existerent, ignis machinamentis resolvere,  
 & ceu deartuare aggressi sunt, cumq; id stu-  
 diosè, diligenterq; effectū darent, re ipsa ad-  
 didicere, molitiones illas artifices, ex omniū  
 rerum ἀναλύσει, trium corporum homogene-  
 orū Salis, Sulphuris, Mercurij distinctas spe-  
 cies exhibere. Has, iam nonnulli ipsorum ab  
 hætenus receptis elementis diuersas putan-  
 tes, hoc uno freti experimento, se posuere tā-  
 tisper Chymicorum habitum, physicorumq;  
 seu metaphysicorum personam assumpsere:  
 ut telam de principiorum constituendorum  
 veritate iam pridem absolutam retexerent,  
 & ceu nouam Metaphysicam condituri, ab  
 ouo rerum omnium & entis simplicissimi  
 considerationem redordiretur. Id nimirum  
 conatus est Paracelsus. Qui, si intra Chymi-  
 cæ sobrietatis cancellos vagabundi ingenij  
 sui commenta prouidè coercuisset, laudem  
 eam, quam ex parte preparandorum medi-  
 camentorum non vulgarem cōmeruit, longè  
 solidiorem obtinuisset. Sed quia de genere in-  
 genus transcendit, & fiducia chymicæ eui-  
 dentia gigantum more cum Dijs, hoc est, cum

): ( 4 legi-